Q. D. B. V.

DE

IVDICIIS COMMVNITATVM

QVAE VVLGO

Ehafft-Gerichte

DICVNTVR

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SVB PRAESIDIO

IOHANNIS HEVMANNI

IVR. D. INST. IMPER. P. P. ET ICTORVM

COLLEGII ASSESSORIS ORDINARII

FAVTORIS ET PRAECEPTORIS SVI

AD CINERES DEVENERANDI

PVBLICE DISPVTABIT

AVCTOR

CHRISTOPH. IOACHIMVS HALLER

AB HALLERSTEIN KALCKREVTH PVCKENHOF ETC.

D. IIII. MAI. A. R. S. CIↃIↃCCXXXXV.

ALTDORFII NORICORVM

EX OFFICINA IOANNIS ADAMI HESSELII.

Digitized by Google

Digitized by Google

SIcut nulla ciuitas tam ſtabilis eſt, quae non licentia et flagitiorum impunitate euerti poſſit: ita nullam ſocietatem tam deſperatam eſſe exiſtimamus, quae non legum ac iudiciorum auctoritate aliquamdiu ſuſtineatur. Interiere gentes, corruere urbes, non hiante terra uel tremente, non ferro ferocis hoſtis, non flamma; ſed dementia ciuium, ſed audacia eorum, quibus ſanctiſſima iura ludibrio fuerunt. Prodiere contra nationes, concreuere ciuitates, non Deucalionis arte, non exitio ueterum colonorum, ſed humanitatis ac iuſtitiae ſtudio. Falluntur, quibus ius et fas laus plebeia uidetur. Tanta, teſtor omnium ſaeculorum memoriam, tanta eius uis eſt ac potentia, ut ſalutem ac dignitatem rerum publicarum praeclare ſuſtentet ac mirifice tueatur. Inter mortales ſemper eadem agitur fabula. Si leges et iudicia tollas, nec puſilla ciuitas, nec uicus firmus permanebit. Quis igitur mi-

Digitized by Google

retur, manſuetiores populos ſcita ſua ciuium animis tam diligenter inculcaſſe, atque tribunalia ſancte coli iuſſiſſe? Quis non approbet cenſores morum, Graecorum νομοφύλακας? Iſtae Germanae gentes, quibus legum diſciplina in primis cordi erat, cum alia, tum etiam cenſurae concilia inſtituerunt, quae iam ab aliis literis illuſtrata ſunt. Ad horum ſimilitudinem aliquo modo accedunt iudicia, quae uulgo EHAFFT-GERICHTE dicta, praecipue in Boioariorum terris, iisque finitimis celebrari ſolent. Haud poſtrema haec πολιτείας eſſe praeſidia uidentur; ideo de iis nonnihil memoriae tradere decreuimus.

§. II.

Origo uocis *Ehafft*, Dum uocis Theotiſcae *Ehafft*, quod *legitimum* ſignificat, originem indagamus, ad radicem perquam ſimplicem perducimur *a*, Anglosax. *aw*, Celt. *ἀεὶ*, nobis *je*, ſemper. Inde *Ewe*, *αἰών*, aeuum, noſtrum *ewig*, aeternum, ac forte Slau. *wêk*. Deinde ſatis conſtat, Ewam ſiue Ehe maioribus noſtris legem appellatam fuiſſe. Notiones uetuſtatis uel diuturnitatis et legis ita coniungit WACHTER. in Gloſſar. ut lex proprie conſuetudinem antiquam ſemperque obſeruatam ſignificare uideatur. Quum uero uocabulum *Ehe* latius pateat, rem paullo altius iuuat repetere. Quo longius priſca aetas a nobis remota eſt, quo propius antiquitas, ut CICERO de leg. l. II c. 11 ait, ad Deos accedit; eo maiore illam ueneratione ſuſpiciunt homines. Diuinum quidpiam in aeuo ſempiterno, uel natura monente, ſentimus, quamquam idcirco ſenten-

Digitized by Google

tentiam GOROPII haud probemus, qui in Hermath. l. V p. 113 ex *di eew*, aeuo, Graecum *θεὸς*, Latinum *Deus* finxit. Hinc intelligitur, cur antiquum ſaepius idem ſit quod uenerabile, ſanctum, carum. Quem fugiat formula: *nihil mihi prius, nihil antiquius?* SERVIVS ad Aeneid. l. I uerba: *Troia antiqua* commentatur *nobili, uenerabili, more ſuo alibi: Terra antiqua, id eſt, nobilis: nec enim poterat eſſe noua. Item: Templa Dei ſaxo uenerabar ſtructa uetuſto.* Sat igitur congruenter ex uoce *Ewe* plures res, quae religioſe coli ſancteque ſeruari debent, religio nimirum ipſa, fides, foedus, teſtamentum, matrimonium, iusiurandum nominari conſueuerunt. Sic nec lex inepte *Ewa* ſiue *Ehe* dicitur, unde quotidiana noſtra *ehlich, echt, ehafft*, formata animaduertimus. conf. DIECMANN. in ſpecim. Gloſſar. lat. Theot. p. 21 ſeq.

§. III.

Quod ad uocabulum *Ehafft* in primis attinet, id nonnumquam nominis, quod dicunt, ſubſtantiui habitum induit. Impedimenta legitima in iure noſtro *Ehafften* abſolute uocari, obſcurum eſt nemini. Nonnulla Imperatorum diplomata memorant *geheime Ehafften* h. e. arcana negotia, eaque neceſſaria; immo quasuis neceſſitates *Ehafften* nonnulli appellant. In fronte legum ciuitatis Auguſtanae legitur: *Hie hebt ſich an die ehaftin und alliu recht die diſiu Stat ze Auſpurg von ir Herſchaft her hat braucht. Ehafftin* itaque genus eſt quoddam iuris praeſertim ſcripti. Quid? quod nomine *Ehafftin* iurisdictio aliqua

eiusque uariae ſignificationes.

aliqua uel cauſae iuriſdictionis cuiusdam, exemtione impetrata, reſeruatae, itemque iura ac conſuetudines communitatum ſignantur. BESOLD. in præfat. diſcurſ. de iurisdict. et in theſ. pract. uoc. *Ehehafft* et *Land oder Hoffgerichts Ehehaftin.* ROTWEIL. HOFGERICHTS-ORDNVNG cum Wehneri comment. p. 105. LVDEWIG. diſſ. de Sueuiae tribunali S.R.I. Auſtriaco in quadrurbe §. 17. DES HERZOGTHVMS WVRTEMBERG GEMEINE LANDS-ORDNVNG. t. XVII, CXI, CXV paſſim. Tum potiſſimum in Bauaria, Auſtria et Algouia *Ehafften* iura nonnulla innuunt pagana, quibus communitas aegre caret; qualia ſunt cauponae, balnea, fabriles officinae et molae. ERTEL in prax. aurea iuriſdict. infer. c. XII obſ. I. In uetuſtis chartis commoda haec legitima ſaepius appendicibus praediorum inſeruntur. Dabimus exempla quaedam, licet infitiari nolimus, uocabulum *Ehafften* in his formulis etiam iurisdictionem uel iudicia, de quibus poſthaec, indicare poſſe. In HVND. metrop. Salisb. P. II p. 210 Ludouicus Bauar. Imp. monaſterio Etalenſi caſtrum et uicum Peytengaw tradit *mit allen den Ehafften, Herrſchafften, Vogteyen und Gerichten, ſi gehören zu dem tod oder nicht.* Haud diſſimilem clauſulam ad iudicia maxime ſpectantem deprehendimus in HIST. NORIMBERG. DIPLOM. p. 694. Apud HERRGOTT. in Genealog. diplom. Habspurg. gent. Vol. II p. 309 Hartmannus comes Kiburg. monaſterio Paradiſi a. 1253 impertitur *proprietatem uillae, quae Schwarza dicitur, apud Scaffuſam, cum iure patronatus eccleſiae, nec non agris, paſcuis, piſcinis, ſiluis, uiis et inuiis et omni-*

omnibus attinentiis, omni ea conditione, quae uulgo dicitur Ehafti. Vol. III p. 544 ad 1290 occurrit: *und geben an dieſen brieff mit vvaſen, mit holz, mit veld, und mit aller ehaffti in eigenlich gevverr.* p. 607 ad a. 1315: *mit lüt unt mit güt, mit getvving, mit banne, mit gericht, mit aller ehaffti, mit allem nuz, und mit allem recht, ſo darzu hört.* p. 620 ad a. 1321: *mit aller der ehaffti und ſicherheit.* Nec ſilentio uiam legitimam, *den ehafften vveg*, tranſire poſſumus, de qua codex antiquus iuris Bauarici, auctoritate Ludouici Bauari Imper. conditus, tit. XIII leg. 6 ſancit: *Wo ein landſtraſſe oder ein ehaffter Wagen vvege durch ein velt oder neben einem Velde get, und die lavvt die an den vveg äcker habent ſtozzent die ackern dem vveg ze nahent alſo daz der vveg ze eng vvorden iſt, da ſol man einer kuntſchaft aufgepieten etc.* Notatur uia, quam uicini imminuere uel lege uel pacto prohibentur. Illuſtr. SCHMID. in comment. ad ſtatut. prouinc. Bauar. tit. 25 art. 7 eam ideo uiam uicinalem publicam nuncupat, qua communitas plauſtrorum cauſſa carere nequeat. Iam in antiquis LEG. BAIVVAR. tit. VIIII c. 14 apud Baluz. de uia conuicinali uel paſtorali cautum eſt, ut, *qui eam alicui contra legem clauſerit cum ſex ſolidis componat et aperiat uel cum ſex ſacramentalibus iuret.* Quocirca haec SCHMIDII interpretatio probabilior eſt altera, qua uiam ideo *ehafft* dici opinatur, quod ad quatuor legitima, zu den vier ehafften im lande, ducat.

§. IIII.

§. IIII.

Quid ſint legitima iudicia, die Ehafft-Gerichte?

Sub uoce denique *Ehafften* latet quoddam iudiciorum genus. Legitima, ni fallor, uocantur, quia omnes communitatis alicuius ſocii iisdem adeſſe debent, nec quisquam, niſi propter legitima impedimenta, excuſatur. Nomen quoque der *Ehafftdinge*, *Echtdinge*, *Ehafftteydinge*, *Ehdinge* prae ſe ferunt. Omnes prope, qui horum iudiciorum mentionem fecerunt, locum ex HVND. Bayer. Stammbuch P. II p. 401 excitarunt, quo haec ſuppeditatur deſcriptio: *Ehehafft recht oder Gericht iſt vaſt desgleichen* (wie das Dorff-Gericht) *ſonderlich aber vverden im Ehehafft-Recht iärlich den Vnderthonen etliche und die Fürnembſte an jedes Ort taugliche und nöttigſte Articul aus der Policey Ordnung, und vvas ſonſt zur zucht, Erbarkeit, Frid und Einigkeit, auch zu Befridung der Velder, Trib, Beſuch etc. dienſtlich, mit ernſt und bey der Straff furgehalten und aufferlegt etc. Wie wol man ſonſt die Policey-Ordnung dem gemeinen Mann alle iar Zvveymal fürleſen ſoll, vvann das einmal beſchehe, mechte man ſich villeicht betragen, aber es geſchicht ſelten etc. taugt auch nit an alle Ort.* Paullo plenius haec enarrat ERTEL c. l. c. 1 obſ. 5. *Von gleicher Art* (wie das Rug-Gericht) *iſt faſt das in Bayern befindliche ſo genannte Ehafft-Gericht, allwo jährlich an ſanct Stephanstag oder am weiſſen Sonntag ein Pfleger oder Dorff-Richter der ganzen Gemeind allerhand Articul und gemein Verbott wegen Trieb, Trab, Blumbeſuch, Wäſſerung, Hirtenlohn, Straſs, Zaunen, Schmidten, Mühl, Badhauſs, und dergleichen vorlieſt, die dawieder begangene Fehler abſtrafft, und alle Ge-*

Digitized by Google

Gemeins leuth mit ihren habenden Bedencken vernimmt. Add. CHLINGENSPERG. tract. de Hoffmarchiali iure c. II §. 8. In hac notione acquieſcamus tantiſper dum horum iudiciorum conditionem accuratius exploremus. HVNDIVS equidem ea iudiciis paganis non adeo diſſimilia eſſe putat; ſed ipſe de paganis hoc modo c. I. diſſerit: *Dorffgericht iſt nit ſo viel als Hofmarchgericht, welches die nidere Gerichtbarkeit durchaus begreifft, laut der Bayriſchen Landserklerung. Diſs iſt allein umb ubermaën, uberezen und dergleichen geringe Sachen, hat auch nit hocher als umb 72 pfening zu ſtraffen.* Inde perſpicuum eſt, iſthaec iudicia a legitimis noſtris haud parum diſcrepare, neque illis haec contineri uidentur. Vetuſti igitur codicilli *Vogtey* et *Dorffgericht* ſaepius diſcernunt. e. c. uid. LVDEWIG. reliq. MS. t. IV p. 122, 164. Si iudiciis paganis latiorem ſignificationem tribuas, id ad rem praeſentem non pertinet. Rectius cum iudiciis cenſoriis, Rüge-Gerichten, haec noſtra politica comparantur, quamquam, illis iam pridem in Bauaria abrogatis, haec identidem confirmata fuerunt. Documento ſit codex iuris Bauarici, quem diximus, in tit. XXI leg. I: *Es ſind auch elichw taedingk an ettlicher ſtat in dem Gericht vor dem puch geweſen, daz allw lawt, die in dem Gericht geſezzen ſind, mit gelerten ayden muſten ſagen und ſweren, was einer von dem andern geſehen oder gehört hiet, daz an das gericht gehört, die ruegung haben wir abgenommen, wann dauon groſſer unwill und haz under den lawten geweſen iſt, Vnd habent auch groſſen ſchaden davon genomen, wann ſie järlichen mit den*

Iudicia pagana.

Iudicia cenſoria.

 Rich-

Digitized by Google

Richtern abdingen mueſten, das ſi ſi des ſweren vberhueben. Es ſol auch der Richter ſein ehafte taeding haben, alz er ſi vor gehabt hat, an die rugung die iſt abgenommen und wer vnbetwungenlichen fur recht chumbt mit vorſprechen, dem ſol der Richter richten als ehaftes taedings Recht iſt. Albertus Dux Bauariae a. 1365 in priuilegio quodam hanc cenſuram iterum irritam eſſe uoluit. Ceterum placita cenſoria hodie non ubiuis improbantur. Non commemorabo iudicium iſtud, das Rugs-Amt dictum, quod in ciuitate patria litibus opificum componendis uacat, uid. HENR LINCKII diſſ. de iudiciis reip Noriberg. c. V §. 15. In terris Saxonicis ac Wurtembergicis mallum cenſorium etiam nunc antiquo more frequentatur. Rationem illius ſolemnitatesque plenius exponit FVRSTL. SAECHSICH-GOTHANISCHE RÜGE-GERICHTS-ORDNVNG, inter adiecta ad c. XXIII tract. AHASV. FRITSCHII de iure ac ſtatu pagorum Germaniae, itemque DES HERZOGTH. WVRTEMBERG. GEMEINE LANDS-ORDNVNGEN tit. CXI *ſq.* At non opus eſt exemplis peregrinis; in ipſa uicinitate noſtra, Wendelſteinae ſcil. auctoritate Sereniſſimi Marchionis Brandenburgico-Onoldini et perilluſtris reipublicae Noribergenſis huiusmodi iudicia aguntur. Singulis enim diebus Martis, qui feſta omnium ſanctorum, epiphanias, adſcenſionis Chriſti ac diui Laurentii ſequuntur, omnes incolae, quidquid magiſtratui, communitati, agro detrimentum afferre ſibi uiſum fuerit, iudici ſacramenti fide denunciare iubentur, quod in appendice pluribus monſtrabitur.

V.

Digitized by Google

V.

Iudiciorum legitimorum origo ac progreſſio.

Originem iudiciorum legitimorum ſatis quidem perſpectam non habemus; ea tamen, congregatis communitatibus, mox uigere coepiſſe credibile eſt. Non nihil lucis rei noſtrae hic affundit elegans diſſ. cel. GVSTAV. HENR. MYLII de iudiciis denunciatoriis Saxonicis, praeſertim cap. 2. Ipſa fortaſſe placita, quae inter Baiuuarios iam antiquioribus temporibus ſtatis diebus exercebantur, haec noſtra iudicia excitarunt. Id quod colligere licet ex LEG. BAIVVAR. t. II c. 15 apud BALVZ. *ut placita fiant per Kalendas, aut poſt quindecim* (XII. HEROLD.) *dies, ſi neceſſe eſt, ad cauſas inquirendas, ut ſit pax in prouincia et omnes liberi conueniant conſtitutis diebus, ubi iudex ordinauerit et nemo ſit auſus contemnere uenire ad placitum. Qui infra illum comitatum* (illam communitatem HEROLD.) *manent, ſiue regis uaſſi ſiue ducis omnes ad placitum ueniant. Et qui neglexerit uenire, damnetur quindecim ſolidis. Comes uero ſecum habeat iudicem, qui ibi conſtitutus eſt iudicare et librum legis, ut ſemper rectum iudicium iudicet de omni cauſa, quae componenda ſunt.* Capitularia quoque regum Francorum conuentibus publicis certa tempora figebant. In Capitulari CAROLI M. a. 769 c. 12. apud BALVZ, t. I, p. 192 ſancitur: *ut ad mallum uenire nemo tardet primum circa aeſtatem, ſecundo circa autumnum. Ad alia uero placita, ſi neceſſitas fuerit uel denunciatio regis urgeat, uocatus uenire nemo tardet.* Tria placita obſeruanda erant ex Capit. a. 801 c. 27, ib. p. 353: *Et ad ingenuos homines nulla placita faciant cuſtodire, poſtquam*

Digitized by Google

illa tria cuſtodierint placita quae inſtituta ſunt, niſi forte contingat ut aliquis aliquem accuſet, excepto illis ſcabinis qui cum iudicibus reſidere debent. Praeterea miſſorum munus ſuis menſibus terminabatur, ib. p. 769: *Volumus ut propter iuſtitias quae usque modo de parte comitum remanſerunt, quatuor tantum menſibus in anno miſſi noſtri legationes ſuas exerceant i. e. in hyeme Ianuario, in uerno Aprili, in aeſtate Iulio, in autumno Octobrio. Ceteris uero menſibus unusquisque comitum placitum ſuum habeat et iuſtitias ſuas faciat.* Frequentiores ſub Henrico Aucupe eiusque ſucceſſoribus communitates coiuiſſe, quis dubitet? quis dubitet etiam, ad has uniuerſitates iudicia accommodata fuiſſe, cum ipſis uaria iura ac poſſeſſiones uindicarentur. Afferamus uetuſtam chartam codicis tradit. S. Emeram. in PEZ. theſ. anecdot. t. I p. III p. 174: *Interpoſitis autem paucis diebus Gebehardus comes de Sulzipah, earum partium aduocatus in eandem uillam* (Friesham) *deuenit. Quem adeuntes quidam de eodem loco interpellauerunt pro conſtructione eiusdem molendini dicentes ad communitatem eorum, quod Teutonice Gemeinen dicitur, partem eiusdem loci areae in quo molendinum conſtructum fuerat pertinere.* Germaniae prouinciis urbibusque comites prouidebant et aduocati, quos iudiciorum cura maxime ſollicitabat. Praeſertim in aduocatorum iudiciis (den Vogtdingen) crimina non adeo grauia deferri uindicarique oportebat. uid. IVS PROVINC. SAX. l. I art. 2; IVS PROVINC. ALEMANN. c. 3 (a) in SCHILTERI theſauro antiquit. Teuton. t. I moris eſſe ait, ut iudicia

De iudiciis aduocatorum.

cia eiusmodi tria quotannis, in aliis locis ſingulis ſex hebdomadibus indicantur. Immo Voigtdinge etiam Ehedinge uocata fuiſſe, docent tabulae Hermanni Marchionis Brandenburg. quibus a. 1303 ciuitati Goerlicenſi iura Magdeburgica conceſſit. *Expedire tamen*, pergit, *quendam iudiciarium uel iudicii caſum, qui Voigtding uel Ehding nominatur, ibidem habere uolumus.* LVDEWIG. reliq. MS. tom. XII p. 378. Ne taceamus iſta aduocatorum placita, cenſoriis iudiciis haud diſparia, quae codex antiquus ciuitatis Heruordienſis (das Schoepfen-Buch) his uerbis ordinat: *De Gogreve ſchall ſitten drey echte Vogd-Geding in dem Iahre: Dat erſte des Dingstages na Twelffen* (poſt natales Chriſti.) *Das andere na Dingestages na ſünte Puſinnen Dage. Dat derde des Dingestages na ſünte Dyoniſius Dage* etc. conf. MEINDERS diſſ. de iudiciis centenar. p. 270. In conſtitutionibus prouincial. Wurtemberg. iudicium quidem aduocati annuum roboratur, ſed ob cauſarum multitudinem ipſi ſubuenire debet cenſurae tribunal. Orationis exitum non inuenirem, ſi de iudiciis aduocatorum eccleſiarum coenobiorumque dicturus eſſem, quae ter quotannis frequentabantur, ac ſaepius in uetuſtis codicillis *legitima* appellantur. Sic in tabulis Rudolfi epiſcopi Halberſtadenſ. Cellae B. Mariae a. 1147 apud LVDEWIG. c. l. t. I p. 6, exaratis de iuribus aduocati traditur: *De ſingulis manſis duo maltra frumenti et unum anſerem aduocatus ſingulis annis recipiat, hac conditione, ut in legitimis placitis ſuis homines ſub obſeruatione quadam*

dam uulgo dicta Vara, adſtare et reſpondere non cogat. Vara ſiue *Wara* eſt cuſtodia, obſeruatio. uid. SCHILTERI gloſſar. h. u. Homines itaque hic uel placitum legitimum, uel aliorum delicta *obſeruare* ac denunciare cogi non debent. In iudiciis prouincialibus, *den Landdingen*, interdum res ad politian ſpectantes expenſas fuiſſe, dubium non eſt, ut taceamus *das lotding* et *botding*, quae Marchia uetus habet. De iudiciis paganis, terris praeſertim Boioariorum notis, iam diximus. Iudicia nobis legitima dicta ſine dubio ad eos, quos politiae cura attingeret, pertinebant, quamquam omnis fere iurisdictio in Bauaria ante a. 1311 penes principem fuiſſe perhibeatur. At iſto tempore Otto, Dux Bauariae, Rex Hungariae electus mox de regno deturbabatur. Cum uero amiſſam dignitatem recuperare contenderet, ingentes ſumtus effundebat; quibus ut par eſſet ſuſtinendis, ordinibus prouinciae ac dominis curtium, conſentientibus Henrico et Ottone, Ducibus Bauariae, aere magno accepto, iurisdictionem inferiorem ſiue hoffmarchialem tribuit, ſibique tantum *die drey Gerichte die zu dem Tode ziehend*, *Teuf*, *Todſchlag Nothnunſſt*, *Straſſenraub* retinuit, ac iudicia pagana confirmauit. Ex hoc itaque priuilegio Ottoniano ius integris curtimarchiis ſiue communitatibus dicebatur, dum Albertus, Dux Bauariae, longo poſt tempore, anno ſc. 1557, ut graue aes alienum expungeret, ordines ac nobiles ſuos iurisdictione in praedia ſingularia, extra uillae limites ſita, *einſchichtige Höfe*, augeret; acceſ-

De iudiciis legitimis Bauaricis.

ſit

Digitized by Google

ſic clauſula: *daſs zu verhütung allerley Zerritlichkeit, auch Erhaltung guter Ordnung, es mit den Ehehafften, Ob- und Haubtmanſchafften und Gemeinden aller Ding bey alten Herkommen und Gebräuchen bleibe.* Vtriusque priuilegii tabulas exhibet ERTEL. im Chur-Bayr. Atlante p. I p. 275 ſq. Inde accidit, ut in uno loco plures ius redderent; aſt cum nihilominus ſalus publica omnes incolas ad unam communitatem adſcribi iuberet: iudicia quoque politiae, quae nos exponimus, nulla diuerſae iurisdictionis ratione habita, ab uno, qui priſcis iam temporibus communitati prouidiſſet, peragi oportebat. SCHMID. ſemicentur. I controuerſ. 40. Ceterum in der *erklärten Lands-Freyheit* Part. II art. 15, quae pars eſt codicis iuris Bauarici, nouum robur *den Ehafften* additur.

§. VI.

Modos haec iudicia conſtituendi et acquirendi inueſtigaturis non alii, quam qui ad reliqua iudicia inferiora pertineant, offeruntur. Vniuerſitatum iuribus annumerantur *die Ehafften;* quam ob rem in chartis traditionum uel inter appendices locorum referuntur, uel generatim cum aliis traduntur iudiciis. Documenta nobis ſunt in promtu, quae, quod grata mente non poſſumus non praedicare, benignitati ſingulari fautorum quorumdam, inſignium meritorum laude ſplendidiſſimorum, debemus. Nimirum iam a. 1505 glorioſi Comites Palatini ac Duces Bauariae Albertus et Wolfgan-

Quomodo iudicia legitima acquirantur.

gangus caſtrum Reicheneccenſe atque Hohenſteinenſe, aſſentiente Vladislao, rege Bohemiae, cui iſta loca clientelari nexu obſtricta erant, ciuitati Norimbergenſi cum omnibus *pertinentiis*, *Vogteyen*, *hohen und niedern Gerichten*, uendiderunt. Iudiciis hiſce continentur etiam *die Ehafft-Gerichte*, quae in mallo Happurgenſi, qui dynaſtiae pincernarum Reicheneccenſium iam priſca aetate ſuberat, adhuc celebrantur. Caſtrum Hiltpoltſteinenſe a. 1503 acquirebatur *mit ſamt dem Halsgericht auch anndern burgerlichenn Gerichten, als weit die mit geprauch mit alter herkommen ſein.* Iudicia ciuilia legitima quoque comprehendere ſcias. Cum ditio Lichtenauienſis a. 1406, iuſta pecunia Friderico de Haydeck eiusque coniugi, qui eam tenebant, exſoluta, ad Norimbergenſes tranſiret, tradebantur ſigillatim *das dorff zu Imeldorff alle güter und recht und nemlichen die Vogtey, das Hals-Gerichte, ehafft Gerichte, die Merckte und das Gericht daſelbſt;* eaque iura poſthaec identidem firmabantur. Primum omnium oppidum hoc Altorfinum appellare debueram, quod ciuitas Norica cum oppido Herſpruccae, Lauffae, Veldae, ac Bezenſteinae, cum caſtris etiam quibusdam aliisque uillis, onere, ut notum eſt, ſat graui ſuſcepto, magni Imperatoris Maximiliani I auctoritate, conſecuta eſt. Quidquid iurium, *iudiciorum*que tam *ſuperiorum* quam *inferiorum* ſingulis his locis olim adhaerebat; id omne, atque adeo iudicia *legitima*, quae in iisdem nondum ceſſarunt, transferebantur. Perantiquis autem temporibus

Digitized by Google

bus huiusmodi iudicia, praeſertim Veldae, habita fuiſſe, ex charta aliqua Ludouici Regis German. a. 903 in theſauro anecdot. PEZ. t. I P. III p. 40 aſſeruata et ab HVND. M. S. P. II p. 255 indicata coniicimus. Etenim Arnolfus Imp. *curtim*, quae dicitur *Velda*, uxori ſuae Outae largitus erat; Outa uero iſthanc curtim poſtea auctoritate Ludouici regis eccleſiae b. Emerami ea conditione donauit, ut uidua quaedam Rihini diebus uitae ſuae eamdem poſſideret. Tradebatur Velda conſilio et conſenſu uenerabilium epiſcoporum Theotmari, Waldonis, Erchanbaldi et Zachariae, Tutonis etiam et Burchardi, nec non fidelium comitum Liutboldi, Cunpoldi, Iringi et ceterorum omnium cum *regimine et eiusdem banno*, mancipiis utriusque ſexus, aedificiis, pontibus, et cenſu, ſiluis, omnique uſu eiusdem ſiluae, aquis, piſcationibus, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, terris cultis et incultis, mobilibus et immobilibus, aquis, aquarumue decurſibus, quaeſitis et inquirendis. Haud ignoro, pluribus locis Veldae nomen eſſe. Non me praeterit, Chronicon Gotwicenſe p. 593 Veldam, quam charta Emeramenſis oſtendit, ad flumen Filuſae collocare, ubi et pagum Feldun deprehendimus; at cum inter pagum et curtim longum diſcrimen intercedat, id ipſum in controuerſiam adduci poſſet, an Velda Bauarorum iam aeuo Carolino uel extiterit, uel patrimonio b. Emerami acceſſerit. Eo uero facilius mihi perſuadeo, ex iſta curte oppidum Veldae Noricae natum eſſe, quod Rex ipſe Ludouicus eo-

C dem

dem anno per tabulas in PEZII d. l. p. 39 et in HVND. metrop. Saliſb. P. I p. 166 occurrentes conſilio eiusdem Liutboldi, propinqui ſui, ac Cumboldi comitis res iuris ſui in iſto tractu ſitas, h. e. in pago Nordgewi in comitatu (Pabonis) Liutboldi, in uilla *Teorinhoua* (*Teorinhoua*. HVND. forte a Kronhoua hodierna haud diuerſa) quae pertinebat ad *Otinuſſaz*, (hodie Otenſos) quae eſt contigua loco, qui dicitur *Sentilabach* (hodie Sentelbach, quamquam CHRON. GOTWIC. p 717 aliud Sindelbacum inter Altorffium et Nouumforum innui putat) cum manſis et mancipiis utriusque ſexus etc. b. Emeramo aſſignauit. Miſſis aliis recordamur adhuc libelli alicuius, quo Fridericus Burggrauius Norimberg. a. 1373 Henrico Geudero, ſeniori, ſculteto Norimbergenſi, uillam, Neuhofium dictam, cum omnibus iuribus ac iudiciis (inter quae etiam nunc inclutae, ſuisque et auitis decoribus cumulatiſſimae gentis Welſerorum, cui hodie Nouauilla paret, iuſſu *die Ehafften* exercentur) hoc tamen modo uendidit, ut Geudero mortuo res ad uenditorem reuerteretur, qui emtorem interea datis fideiuſſoribus atque obſtagii uinculo ſecurum reddebat.

§. VII.

De Iudice.

Tantum praemonendum eſſe duximus. Iam ipſius iudicii faciem contemplabimur, quae iudicem primum ſiſtit. Hodie in uicis ac curtimarchiis ſaepius plures iurisdictiones concurrere, notiſſimum eſt. Inter has una com-

communitatis iura ſibi plerumque curae habet ac tuetur, quam dicimus *die Gemeindherrſchafft.* Ex §. IV et V patet, concilia noſtra legitima ad rem communitatis pertinere. Ergo praetor quoque uniuerſitatis, ex prima ſaltim legislatorum ſententia, ſibi haec iudicia uindicabit; idcirco tamen nemo iurisdictioni ordinariae ſubtrahitur. Illuſtre documentum exhibet HISTORIA NORIMBERG. DIPLOM. p. 278 ad a. 1332, quo Ludouicus Imperat. ciues Norimberg. hoc priuilegio ornauit: *daſs wir nicht wollen, das iemand ihre Leuthe, die ſie angehörendt umb keinerley Sache von Ihn auf kein ander Gericht lade und daſs ſie auch anderſwo nicht gebunden ſein recht zu thun, dann vor Ihn. Es ſey dann daſs ſie auf alte Ehehafft recht von allter gehören.* Ecquid luculentius eſſe poteſt clauſula transactionis inter Sereniſſimum principem electorem Palat. et ciuitatem Noriberg. a. 1542 initae. *Vnd als von wegen eines erbarn Raths zu Nuremberg des ehehafften Gerichts der Hoffmarckh Berngaw halb ein erleuterung zu thon begert, welhe underthonen in was Sachen vnd wie offt Im Iare dieſelben In das ehafft Gericht zu geen verbunden ſyen, Iſt von Pfalzwegen dieſe anzeig vnd erklerung beſcheen. Erſtlich ſey von alters herkommen, vnd werd noch heutigs tags alſo gepraucht und gehalten, ſo und wann ehafft recht iſt, muſſen auſs allen dorffern, flecken und gemeinden, Im ganzen ſchulthiſſen ampt einer oder zwen mit bevelch Irer nachbarn, ungeacht was herſchafften dieſelben zinſsbar oder underworffen bey dem rechten erſcheinen und Iren gehorſame zur bekanntnis, daſs ſie alle zum ſtabe gehörig, ob gleich*

keiner etwas rechtlich zu handeln anzeigen und welche on gnugſam ebafft Vrſach auſſen bleiben, die werden geſtrafft. Zum andern ſo ſeien und werden alle ſachen und felle, ausgenommen ſchulden, erbſchafft Irer zinsbarer guter und lidlon, am gericht zu Berngaw gerechtvertiget wie noch, Doch ſollen die felle, was deren ein Rathe zu Nuremberg, von irer verwanten wegen zugegeben, In dieſem vertrage gewilligt und verleypt, auch ausgenommen ſein. Zum dritten ſo ſeien dieſelben zu ſolchen ehafften gericht gangen ſo offt ehafft recht gehalten worden, auch keiner wie gemellt one gnugſame ehafft vrſachen, ausbleyben dorffen, und muſſen das noch thun. Ib. p. 917. Add. KOEHLERI, Hiſtor. Genealog. Dom. et Com. de Wolfſtein, p. 28 Codicil. Dipl. Nonnulli incolae Kornburgenſes iudicio rurali Norico (dem Bauern-Gericht) ſubiecti erant; nihilominus tamen ad tria iudicia legitima in uico Kornburgi accedere neceſſe habebant. HIST. NORIB. DIPL. p. 969. Adiuncta 25 et 26 Articul. defenſional. ACTOR. Burgerm. und Raths zu Nurnberg contra Brandenb. in cauſa der fraiſsl. Obrigkeit. Quapropter libera locorum conditio id etiam interdum ſibi poſcebat, ut alienis placitis legitimis ne obnoxii eſſent homines. Hinc ubi Otto Heinricus et Philippus Comites Palat. ad Rhen. et Duces Bauar. ſenatui populoque Norico praefecturas Haydecciae, Hiltpoltſteinae, et Allerspergae a. 1542 partim uendiderant, partim pignoris nomine aſſignarant: tabulis inſerebatur: *Geben auch zu kauffen vnnd verpfennden inen - - - vnnſere frej lauter aigne vnnd lehennbare verner vnuerhefſte vnuerpfendte*

pfendte vnbeſchwerte Herrſchafften ſo ſonnſt niemanndt vogtbar ſteurbar oder Hoflannd oder eehafften gerichten vnd Zwenngen verbunden oder verpflicht. Et haec quidem normam ſatis declarant; at eamdem uel longi temporis uſu uel conuentione uel indulgentia uariari poſſe, quis infitietur? Ipſe animaduerti, incolas alienam iurisdictionem profitentes mallo legitimo non adeſſe. Ipſe uidi, dominum Vogtheiae haec iudicia conuocare. uid. SINGVLARIA NORIMBERG p. 176. De iudicis munere deinceps pluribus dicemus; Id unum hic addimus, iudiciis hiſce praefectum ſiue quaeſtorem oppidi agriue alicuius modo ſolum, modo adiuncto ſibi iudice quaſi pedaneo, auctoritate ſua munito, modo ſolum ſcultetum praeſidere.

§. VIII.

A iudice in conſilium ſcabini, in oppidis a ſenatoribus haud diuerſi, adhiberi debent. Conſtituuntur plerumque XII a magiſtratu, aliquando a populo eliguntur. Hunc duodenarium iudicum numerum populos ſeptemtrionales et Germanos inde ab antiquiſſimis temporibus ſibi probaſſe, cel. BVDER. in diſſ. de iudiciis duodecimuiral. popular. ſeptemtr. et German. erudite expoſuit. Vt uiri probi partes eo ſanctius ſuſtineant, initiantur iure iurando. Ac licet iuris prudentiae arcana ipſis obſcura ſint; in cauſſis tamen minoris momenti ad legem pagis ſcriptam uel ex uſu ſuffragia edunt. Vbi uel res hereditariae aeſtimantur, uel teſtamenta ſignantur, De Scabinis

tur, uel in rem praeſentem itur; uel facinoroſus examinatur; ſuo cum emolumento ſaepius aduocantur. In concionibus noſtris legitimis, *den Ehafften*, ſi quis ſcabinorum rogetur, pro aliis etiam poſtulare poteſt; neque ipſos in his iudiciis ex more quorumdam locorum actione pulſare licebat; quin immo primam, quae in iudicio quouis legitimo ſtatueretur, mulctam capiebant. Scabinis ſcriba iuratus adſidet, ut res publice geſtas in commentarios, quorum exempla peruetuſta inſpiciendi nobis poteſtas fuit, redigat.

§. IX.

De iis, qui iudicio ſubiecti ſunt.

Singularibus iudicii noſtri adnumeramus, quod, ut iam §. VII notauimus, omnes ad mallum commune adſcripti ſe ſiſtere debent, atque adeo comitia quaſi effingere, ſiquidem non lites tantum, ſed et alia, quae in commune proſunt, tractantur. Si quis iudicium ſubterfugiat, nec iuſtum impedimentum per alium excuſet, is mulctam pendito. Cum uero omnes comparere iubentur, id patres familias uel matres familias praecipue attingit, niſi ab aliis de familia lis ſingularis intendatur. Mallenſibus itaque ex praeſcripto legis confluentibus, alter alteri reſpondere neceſſe habet, etiamſi in ius uocatio uel citatio non praeceſſerit, quod et olim in quibusdam mallis publicis cautum fuiſſe uidetur. LEG. ALAM. tit. XXXVI §. 3. Peregrini contra, quamquam a iudiciis legitimis non arceantur, reum, ut moris eſt, citandum curent. Inde intelligitur, cur iudicia dicerentur uel *gebotene* uel *ungebotene* *din-*

Digitized by Google

dinge. His accenſemus legitimas noſtras congregationes. Charta donationis Vdalrici abbatis in Chron. Laurisham. a. 1071 ita earum meminit: *Et ut familiam eiusdem curiae ab omni grauedine et moleſtia immunem redderemus, a tribus principalibus mallis, qui uulgo Vngebodending uocantur, quibus ad curtim Luitereshuſen annuatim manniebatur, utrorumque conſenſu eam omnimodis abſoluimus.*

§. X.

Equidem dies ſubditos ad haec ſtata iudicia euocat: nihilominus tamen ea praeconis uoce omnium in memoriam reducuntur. Occiduo ante concilium celebrandum adparitor die dominica, procuratis ſacris, e praetorio, uel curia, uel alio loco publico, exſerto plerumque uexillo, formulam, ceu carmen, decantans diem praefigit. Nemo igitur, cui in hoc legitimo placito intereſſe conueniat, priuatam citationem poſcat, licet alias diuerſae iurisdictioni obtemperet. Citatio.

§. XI.

Quemadmodum olim ius ſub dio reddebatur: ita et iudicia legitima hunc morem ſeruaſſe, ex antiquis monimentis perſpeximus. Iam Carolus M. tribunalia tectis muniri iuſſerat, atque Ludouicus P. cap. I a. 819 c. 14 iterum ſanxit, *ut domus a comite in loco ubi mallum tenere debet conſtrueretur, ut propter calorem ſolis et pluuiam publica utilitas non remaneat.* Tantum uero abeſt, ut in- Locus.

inueterata haec conſuetudo plane intermiſſa fuerit, ut hodieque ſub arboribus, quibus ueteres Numinis quidpiam affingebant, conuentus in uicis quibusdam habeantur. Nec Sueuiae tribunal prouinciale ſub dio prope uiam regiam inſtitui ignoramus. LVDEWIG. diſſ. de hoc tribun. §. 13. Turbida quidem tempeſtate iudicia in aedificiis eccleſiarum apparata fuiſſe uidentur; at Carolus M. cap. a. 813 c. 21 apud BALVZ. t. I p. 504 fori ſtrepitum ab eccleſiis remoueri uoluit. Hanc ob rem, quod ad legitima iudicia attinet, nonnihil cautum eſt in receſſu Monachienſium concordatorum cum ordinariis Bauariae a. 1583, quem exhibet HVND. metrop. Salisb. P. I p. 65: *Et ſi ſaeculares per Bauariam de offertoriis, eleemoſynis et aliis rebus ad eccleſias oblatis per ſe ſimpliciter diſpoſuerunt uel praefecti, iudices, prouincialesque ſaeculares, cum poſſeſſio daretur clericis, aut annui celebrantur ruſticorum conuentus, quos Ehehafft appellamus, ſacerdotibus et parochis graues fuerunt huc usque, id ut in poſterum ne fiat. Et tales conuentus in parochialibus aedibus non amplius celebrentur, per ſereniſſimum ſedulo curabitur.* Cum hodie oppida ſuas oſtentent curias; eaedem hiſce conuentibus patere ſolent. Sicubi curiae deſiderantur, in praetorio ſiue in aedibus praefecti uel iudicis, quin et in cauponis et horreis mallum inſtituunt.

§. XII.

Tempora.

Tempora, quibus haec iudicia deſtinata ſunt, antiquitatis ueſtigia iterum referunt (§. VII) Tria nimirum

mirum ſingulis annis, ſingulis quidem diebus lunae uel Martis uel Mercurii poſt feſta Epiphaniae (Oberſten), S. Walpurgis et S. Michaelis habentur, horisque matutinis incoantur; qua in re mores Altorfini, Hersprucc enſes, Lauffenſes, Veldenſes, Greuenbergenſes, Happurgici, conſentiunt; ſi dies iſti in ferias incidant, negotium in ſequentem hebdomada differtur. Omnes, me non monente, alia aliis tempora placere poſſe, intelligent. Ita in Saxonia Electorali huiusmodi iudicia (die Rügen-Gericht und ſo genanntes Ehe-Gedinge) intra trium annorum ſpatium ſemel aguntur. ORDIN-TAX. REG. DE SPORTVL. IVDICIAL. a. 1724 t. I n. 45. Quid in Bauaria more receptum ſit, iam §. IV ex ERTELIO expoſuimus. Olim in oppido hoc Altorfino *die Ehafften* quotannis bis, poſt S. Walpurgis et S. Michaelis feſta h. e. uere atque auctumno, celebrabantur. Alibi ter quidem conueniunt ſubditi; ſed aliis diebus. En! documentum ex HVND. metrop. Salisb. P. II p. 313, quod plura capita illuſtrat: *Item dominus praepoſitus dictae eccleſiae* (Stadt am Hof) *habiturus eſt ſingulis annis in tribus terminis uidel. Emmerami, Purificationis Mariae et Georgii colloquium generale, quod uulgariter Ehafftdeyding dicitur, cum omnibus et ſingulis, qui in foro habent reſidentiam et fundos occupant ad monaſterium pertinentes h. e. unter den fiſchern am Hoff und unter den Wayhern ad commune colloquium uidelicet Ehaffdeyding comparere ſub poena tenentur et obligantur in praedictis terminis dare. Item panifex aut piſtor dabit duos panes uel zwen Regenſpurger*

D *Pfe-*

Pfening. Item Carnifex dabit de carnibus totidem, de cereuiſia dantur 3 Regenſpurger, de pabulo auenae totidem, de foeno 2 Regenſpurger, de medone, qui proprium praxauerit, 12 Regenſpurg. uel craterem uulgariter ain Napf medonis, quaelibet domus dabit pro meſſore, quando ſegetes habentur in horto Plarer ain Regenſpurger, pro foeno colligendo totidem. Item fimus, qui ante fores in feſto Georgii per dies 14 *inuentus fuerit in foro praedicto dominus praepoſitus uectura propria tollet et pro uſu eccleſiae ſuae reſeruabit; ſi quis autem praedicta non ſeruauerit praedictis tribus temporibus poenam* 12 *Regenſpurger incurrit.* Superioribus ſaeculis Happurgenſes, quod commentarii iudiciales a. 1484 incoati docent, quatuor Ehafft-Rechte diebus Lunae proximis quibusque a quatuor temporum ieiuniis (nach ieder Gold Faſten) obſeruarunt. In praefectura Lichtenauienſi itidem quaterna concilia circa quatuor, quae uocant, tempora, diebus quidem Iouis, hodie congregantur. Etſi ordo iudicii Vallis Angelorum nouem iudicia fieri iubet; tamen tria tantum primaria, temporibus conſuetis, quae initio huius §. diximus, reſpondentia, reliqua ſecundaria eſſe uidentur. Poſtquam Xenodochium Noribergenſe iam a. 1467 dodrantem fundi Wendelſteinenſis *mit allen und iedlichen Herrligkeiten, Vogteyen, Gerichten, Gerichts-Fällen, Ehehafften, Wandels, Stabs Rechten* etc. ſibi comparauerat; (uid HISTOR. NORIBERG. DIPLOMAT. p. 694) iudicia quoque legitima quatuor quotannis aliquamdiu continuabantur; cum uero multitudo cauſſarum frequentiora requireret, nunc

nunc tredecim haberi conſueuerunt. Dices: eamdem cauſſarum copiam uniuerſis his breuibus iudiciis oneri fuiſſe. Quod et diffitendum non eſt. Verum iudiciis primariis iudicia ſecundaria duo triaue (die Nachrechte), bis ſeptem poſt diebus, inſtituenda addebantur; ſi lites coeptae plura flagitarent, ea a ſuperiore magiſtratu impetranda erant. Secundariorum tamen iudiciorum uſus rarior eſt, ex quo iudicia ordinaria, eaque perpetua, inſtaurata ſunt. Comperimus etiam, oppidanos Altorfinos, aliosque placita ſua cum ruſticis non agere, ſed hos poſtero die conuocari.

§. XIII.

Negotiorum indoles, quae in iudiciis noſtris geruntur, ex §. IV patet. Enim uero ad politian uel ſtabiliendam uel conſeruandam multum ualent, qua reipublicae nihil poteſt eſſe utilius, nihil debet eſſe ſanctius. Vix dici poteſt, quanta pernicies contemtis politiae legibus in ciues cunctos redundet. Ita improbi dominantur, et audaces, uexant bonos, flagellant annonam, rapiunt, turbant, rixantur, nec ſacra curant nec profana. Ita iudiciorum honos perit. Ita pietatis, uirtutis ac decori cultus, quem politiae diſciplina acrius urgere debet, exſulat. Ita in uicinorum peregrinorumque odium incurritur. Ita ſatius fuerit, inter ſtipites et fungos quam inter homines ſceleris cauſſa coniunctos degere. Optandum igitur eſt, ut omnes, qui communitatibus praeficiuntur, cognoſcant, partes ſibi perquam arduas delatas eſſe, easque ad uniuerſae reipublicae commoda ſemper referri oportere. Sed reſpiciamus cauſſas, quas noſtrum iudicium ſibi

De cauſſis, quae ad iudicia legitima deferuntur.

 uin-

Digitized by Google

uindicat. Primum cautum eſt, ut cuncti ſtatuta politica et communitatis legi audiant; multi libenter audirent, ſi modo, quod publicae ſalutis cauſſa ſtatutum eſt, diligentius legeretur. Si qua mandata noua promulganda ſint, hoc itidem in conuentu publico fiat, perinde ac alia, quae omnibus ſcire conuenit, u. c. tributorum argumenta, interdum proponi ſolent. In HVND. metrop. Sal. P. I p. 256 diploma Berchtoldi epiſcopi Patauienſ. a. 1292 de immunitate curiarum canonicalium haec habet: *Item cum canonici eccleſiae in ſuis domibus et areis multa libertate et emunitate ſint priuilegiati prae aliis ab antiquo, ſicut antiqui clerici et ciues plene nouerunt et nobis capitulum ſupplicarit, ut ipſis huiusmodi libertas iubeamus per iudicem ciuitatis et ciues uniuerſos ex integro inuiolabiliter obſeruari, facientes hoc in publicis placitis, quae placita Ehafftäding uulgariter appellantur, publicari ſolemniter ac etiam proclamari per ipſum iudicem ciuitatis; ſtatuimus et ſancimus, ut ad hoc quilibet iudex ciuitatis firmiſſime teneatur.* Deinde ſaltuum agrorumque limites (Wild-Zirk uel Fraiszirk) indicantur, omniumque memoriae commendantur. III in id inquiritur, quod rei communi cumprimis expedit. Ex antiquis ſtatutis caupones cantharos, laniones, textores, aliique pondera ſua iudici examinanda offerre debent. B. HEINECCIVS in element. iur. German. t. II p. 424, cum huius generis conuentui intereſſet, teſtatur, 1) praelectas fuiſſe leges ruſticas, die

die dorff-Ordnung, 2) examen inſtitutum catecheticum, exploratumque, quantum pueri ac puellae in ſingulis pagis profecerint, 3) praemiola diſtributa eſſe iis, qui diligentiam ſuperioribus probaſſent, 4) ſubditos ſingulos adactos eſſe ad exhibendum certum numerum capitum paſſerum, et 5) ſi quid numero legibus definito deeſſet, eos certam mulctam pendere coactos. Alibi 6) ruſticos et ad arma domeſtica, laternas, ſimilemque ſupellectilem, maxime ad reſtinguenda incendia neceſſariam, oſtendendam adigi, 7) et conuentum iſtum plerumque epulis finiri. IV. Nonnumquam quatuoruiri, carnium aeſtimatores, agrorum cuſtodes, eliguntur, et ſi temporis ſpatium permittat, rationes communes excutiuntur. V. In hisce locorum quorumdam conciliis ciues oppidani nouitii, coloni etiam (Erbleute und Beſtändner) et uigiles nocturni, et ii, qui cereuiſiae coquendae operam nauant, fidem induſtriamque ſacramento promittunt. VI. Si quis e iudicis ditione diſcedere cupiat, is prius uix dimittitur, quam ter in iudiciis legitimis, praeſertim ſecundariis, omnium querelis ſatisfacturus ſteterit (bis er ſeine Rechte erſtanden.) Ita euictio quoque ratione fundi alicuius uenditi praeſtanda eſt. VII. quod caput rei eſt, omnibus ea deferre licet, quae quisque pacem ac ſalutem publicam infringere animaduerterit. Habent igitur, quod exagitent, ſi neceſſaria uitae praeſidia uariis modis uexentur, comminuantur, corrumpantur; ſi nulla lanx aequa, nulla menſura iuſta

 in-

Digitized by Google

inter ciues reperiatur; ſi uniuerſitatis iura u. c. paſcuorum, ſiluarum, fontium, aquarum, uiarum affligantur; ſi qui ignem negligentius cuſtodiant; ſi diſciplina publica, tranquillitas, morum caſtimonia in periculum uocentur; ſi improbae ſodalitates coeant, aut in iſtas latebras ſe inſinuent, in quibus fuſo puellae ſtamina ducunt; ſi aleatorum corruptelae ingraueſcant; Ecquis omnes politiae male adminiſtratae naeuos enarret? Ceterum mores horum iudiciorum iamdudum permiſerunt, ut lites etiam ciuiles diſceptentur, ac iniuriae non adeo atroces uindicentur, ſi circa tempora iuri ſolemniter reddendo deſtinata contigerint. Neque aliis cauſſis, iisque uoluntariis, hoc forum deeſt. Exhibentur teſtamenta, pacta dotalia et hereditaria actis inſeruntur, nexus uarii colligantur, iterumque liberatione publica diſſoluuntur. Addamus exemplum huiusmodi iudiciorum, in quibus praeconis eſt, ea delicta, quae iudici occultantur, arguere. Videlicet Erneſtus Dux Brunſuic. Hamelae urbi, inter alia iura, haec indulſit a. 1335 apud LVDEWIG. reliq. MS. t. X p. 29: *Item ſi duo uel plures commiſerunt delictum qualecunque, et ſi nullus eorum detulerit querimoniam iudex non poterit illum artare ad querimoniam, ſed preco ciuitatis* (der Frone) *accuſabit illos pro tali delicto in plebiſcito, quod dicitur Echtedinght, et illud plebiſcitum ſeruabitur ter in anno, ſcilicet proxima feria ſecunda poſt octauam Paſche, proxima feria ſecunda poſt octauam Penthecoſtes, proxima feria ſecunda poſt epiphaniam domini.*

Et

Et quicunque Burgenſium non interfuerit huiusmodi plebiſcitis, incurret penam ſex denariorum, niſi neceſſitas, que legitima et manifeſta ſit, cogat ipſum abeſſe etc. Item quicunque incuſabitur a precone inducias plebiſciti ſcilicet ſex ſeptimanas poteſt petere et illas iudex non poteſt denegare. Eadem Bernhardus et Henricus duces Brunſuic. a. 1407 ib. p. 74 confirmant.

§. XIV.

De ſolemnibus iudicii legitimi.

Vt Germani ueteres iudicia non ſine ritu ſolemni exercuere: ita et concilia noſtra legitima ſuum poſtulant apparatum. Varios horum iudiciorum ordines perlegimus; ſed in primariis argumentis facile eos conſentire notauimus. Praemittamus IVS. PROV. ALEMANN, c. 75 ex Schilteri theſ. *Ez mag dehain Rihter elich dink gebieten ann ſin gebütel, die daz dink gebieten ſuln. Da ſol man den gebütel dez erſten umbfragen urtail, ob er daz dink alſo geboten habe, alz reht ſi, und ſol fragen, ob er mit reht verbieten ſul uber braht und alle unzuht. So ſol der rihter fragen, ob ez wol an der Zit ſi, ſuner Ze dem taedinge niht kom ze der Zit, ob er im iht wetten ſul, dez ſol er noch allez den gebütel fragen, der ſol ertailen. Vnd iſt din dritt Zit dez tagez hin, ſo iſt wol Zit, daz man taedinge ſuchen ſol, haizzent die layen terce Zit, ſuuer darnach ze hant nit kumpt, der ſol dem rihter wettun.* Hodie mallenſibus congregatis praefectus, uel iudex breui ſermone conuentus huius rationes exponit,

le-

legesque communitatis recitari iubet. Nonnullae intercedunt interrogationes de iudicio rite conſtituendo. Prodit adparitor alta uoce proclamans, iudicem ac ſcabinos conſediſſe; Si quis quid habeat, id eum, qua par eſt, modeſtia, proponere debere, aut aduocatum a iudice petere, quod dicunt *das recht verpenen.* In oppidis quibusdam ciues querelas ſuas ad ſenatum deferendas quatuoruiris committunt. Dein iudicis, baculo, iurisdictionis ſigno, conſpicui, auctoritate ſcabini in medium conſulunt, cauſſaque diremta ſententiam ferunt. Altioris tamen indaginis negotia ſuperioribus tribunalibus traduntur. Immo nonnulla harum terrarum iudicia Norimbergenſium prudentes tamquam oracula, aut, ut cum Germanis loquar, tamquam Sachibarones, in re ancipiti quondam interrogare conſueuerunt, huiusque generis conſuetudinem a ſummis principibus roboratam fuiſſe, ex documentis intelleximus. Rem declarabit charta Frider. III Imper. quam poſt haec porrigemus. Etſi in his iudiciis citius lites expediantur; nihil tamen, quod primaria ordinis diſceptationum capita requirant, omitti poteſt. Si cauſſa difficultatibus irretita ſit, eam iudex iudiciis ſecundariis uel ordinariis reſeruat. Strepitu forenſi compoſito, conuiuia, hodie rariora quidem, parantur, ne a patribus deſciſcere poſteritas cenſeatur.

§.XV

Digitized by Google

§. XV.

Quiſquis mallenſium hoc iudicium adit, omnes uero adire debent; is, recognoſcendi iuris cauſſa, aliquot numulos uel crucigeros exſoluat. Quod ni fiat, poſtero die duplum alicubi pendendum eſt. Nonnulla loca iis, qui iumenta alunt, (*den Vorſpännern*) minorem canonem imponunt. Alibi alia munera exhibenda eſſe, diximus §. XII. Adiungantur ea, quae CHLINGENSPERG. in tract. de iure Hofmarch. c. II n. 10 narrat: *Quin in hoc iudicio dem Ehehafft-Gericht plura mirabilia, quin ridicula obſeruari, pragmaticis et officialibus prouincialibus eſt notiſſimum, prout et ipſi in praefectura non multum diſſita Oettingenſi audiuimus, in hoc iudicio in der Ehehafft molitorem unum debere ſingulis annis praeſtare unum talerum, und muſs einen ainaugigen Hann halten.* Equidem conſuetae ſportulae in his iudiciis, quae publicae utilitatis cauſſa celebrantur, interdum ceſſant; mulctae tamen haud poſthabentur. Si quis contumax ſegniſue mallum accedere recuſet, ab eo tam ſuperior magiſtratus, quam iudex poenam pecuniariam exigit. Nonnulla minorum coercitionum emolumenta ſcabinis et ſcribis diſtribuuntur. Atque haec quidem placitorum legitimorum perennitati dare uoluimus; reliqua ad iudicia uel quotidiana uel cenſoria ſpectant. Nemo non perſpiciet, hoc maiorum inſtitutum, ſi rite ſeruetur, multis laudibus efferendum eſſe, cum praeſertim homines ad

De ſportulis et poenis.

Digitized by Google

aliorum noxas detegendas ſacramenti uinculo, quod cenſurae foris ſolenne eſt, non adigat. Memini, THOMASIVM in diſſ. ſingulari cenſurae morum omnem utilitatem denegare; quam ob rem nec noſtra iudicia legitima ex omni parte approbaueris: ſed, ſi neceſſum foret, iuſtae cenſurae cauſſam facile perorarem, quamquam ſatius eſſe arbitrer, ut ſe quisque Catone uetuſtae diſciplinae ſtudeat, ſalutemque communem ſemper coram intueatur.



Digitized by Google

APPENDIX.

I.

EX ORDINAT. IVDIC. OPPIDI ALTORFINI a. 1572.

Wieuil man Ehaffte Gericht halten ſoll.

VNnd nachdem man von Altershero Ierlich zvvai Ehaffte, vnd dann etliche nachgericht zu beſtimbden gevvondlichen Zeitten zu Altdorff gehalten hat, ſol es hinfüran auch darbei bleiben, vnd alſo gehallten vverden, vnd nemlich am Montag nach Michaeli ſoll das erſt Ehafft Gericht, vnd das andere am Montag nach Walburgis gehalten vverden; vnd an denn Iezbeſtimbden zvvaien Ehafftgerichtstagen ſoll ein Ieder Burger zu Alltorff vor dem Gericht erſcheinen, ſein Burgerrecht mit dreien hellern, vvie mit Alter herpracht, von der herſchafft loſsen, vnd die gemainen Gebot vnd Verbot vnnd das ſonſten verordent vvurdet, horen leſsen. Wurde aber Iemandt an ſolchen Ehafftsgerichten vngehorſamlich auſſen bleiben, der ſoll der Herſchafft zu bus funffzehen Creuzer verfallen ſein und geben.

Digitized by Google

Wer an den Ehafft Gerichten antwurten ſoll.

So ain Burger zu Aldorff vvider einen andern Burger daſelbſten an einem ehafften Gerichtstäg Klag vor Gericht einbringt, So ſoll der beklagt an demſelben ehafftengericht, oder nechſten Gerichtstäge darnach one ainnich vorgeendt fürbot zu antvvurtten ſchuldig ſein, So aber allain ain thail vnnd der ander nit Burger vvere, oder In dieſes Statgericht geherte, So ſoll es damit, mit fürbot, Klag, antvvurt, vnnd andern vvie ſonnſt der gevvenlich Gerichtsproceſs, hiernach zuerkennen gibt, gehalten vverdenn. vvurde aber ein Burger vud Gerichtsvervvanndter vvider den andern Klag einbringen, an den Gerichtstägen, die nit ehaffte Gericht ſind, So ſoll es mit fürbot vnd andern auch vvie ſonnſt gehallten vverden, und keiner den andern one fürbot zu antvvürten ſchuldig ſein.

Wie uil man Nachgericht halltenn ſoll.

Item nach einem Ieden ehafften Gericht ſol man hinfüran (ſo uern anhengig Sachen In Gericht ſchvveben) zvvai oder drei Nachgericht, nachdem ſolches ein Pfleger für notturfftig anſehen

ſehen vvürdt, hallten, alvvegen viertzehen tag nach ainander, So aber vvichtige Sachen anhengig vveren, damit man die volgenden ehafft vnd anderer Gerichtstägen nit ervvartten könnte, So ſoll ein Pfleger macht haben, auch das Vierde nachgericht zuhallten und nit mer, Es vvurde dann, nach geſtallt vnnd notturfft der ſachenn, bei einen Erbern Rath zu Nurmberg ein anders erlangt vnnd zugelaßen.

Wie man das Gericht verkunden ſoll.

Item ſo man ehafft oder andere Gericht hallten vvill, als hieuor dauon geſezt iſt, So ſoll der LandKnecht daſſelbig acht tag dauor am Sontag vor der Kirchen nach Ausganng der Predigt vnnd anderer Ambdten, allter Gevvonhait nach öffentlich verruffen vnd verkunden, vf das ſich meniglich darnach habe zurichten, vvurde aber an einem vorbeſtimpten ehafft oder andern Gerichtstägen ein feiertag ſein, ſoll daſſelbig Gericht, auf den nechſten Montag darnach gehalten, vnd auch acht tag davor, vvie oben gemellt iſt, verkundet vverden.

Digitized by Google

II.

ad fin. §. IV.

EX ORDINAT. IVDIC. WENDELSTEIN.

a. 1573.

Rugs-Artickel.

Worauff ein yder in der Rug gefragt vnd zu rügen ſchuldig ſein ſoll.

Alles das der Obrigkeit, dem Gericht, der Gemeind, vnnd dem Eygen zu Dorff vnd Velde zu ſchaden vnnd nachteyl raychen mag, das ſoll ein Burger bey ſeinen pflichten getreulich vnnd vngeuerlich zurugen vnnd anzuzaygen ſchuldig ſein.

Wieuil vnd wann die Rug ſollen gehalten werden.

Nachdem biſsher die gemeinen Rug zu Wendelſtein allvvegen an den gevvonnlichen Gerichttagen gehalten, dardurch dann die gerichtliche ſachen mercklich verhindert vvorden.

Darumb vvöllen vvir das hinführo derſelben Rug deſtervveniger vnnd an beſondern hernach beſtimbten tagen fürgenumen vnd gehalten vverden. Nemlich ſoll der erſte Rugstage ſein allvveg den negſten Eretag nach Allerheylligen tag. Der annder am Eretag nach Oberſten. Der dritte am Eretag nach dem heylligen Auf-

Auffarts tag. Der Vierdte am Eretag nach Laurenti. Vnd zu ſolchen Rugstagen iſt von vnnötten, das ganntz Gericht damit zu beladen. ſonnder vvollen das der Richter ſambt dem Gerichtſchreyber vnd viern des Gerichts ſchöpffen (darunter auffs vvenigſt einer der Zeyt Burgermeyſter ſein ſoll) dieſelben Rug halte vnnd fürneme, das er einen yden aus den gemeinen Innſunderheit vnnd Inn Abvveſen der andern für ſich fordern laſſen, vnnd auff den obangezeigten Rugs artickel, vvas er Rugbars vviſſe, zu rugen vnd anzuzaigen bey ſeinem pflichten ermane vnnd erinner. vnnd ſolchs alspald ordenlich verzeichnen vnnd auffſchreiben laſſen. Vnnd ſo dann etvvas gerugt, das ſich forderlich zeörttern gebürt, das ſoll Richter ſambt den vier ſchöpffen lenger nit verſchieben, ſonder deſſelben tags ertragen vnnd ausfündig machen. Ob aber ein Burger etvvas rugbars geuerlich oder verechtlich verhielt, vnnd alſo vnangezeigt lieſs, der ſoll auff vorgehabte genugſame des Richters erfahrung Inn die gerichts buchſſen, beyden herrſchafften ein guldein unableſſiger pen verfallen ſein. Vnd ob alſo etvvas gerugt das ſich alspald deſſelbenn tags nit vvolt außrichten vnnd örtern laſſen, ſoll daſſelbig vor der nechſtkonfftigen Rug durch den Richter vnnd Schöpffen, ſouil Im darzu noth ſein vvurdt, fürgenomen, außgetragen vnnd vveyter nit auffgeſchoben vverden. Solte aber einer der Rug, darumb er angefochten vvurde, Inn Abrede ſteen, vnnd der Richter-

ter-

ter derſelben rug nit genugſam glaubvvirdig ſcheins oder grundt haben, den mag der Richter auff ſein verneinen alſpald bey dem Eyd oder pflichten nach gelegenheit der ſach anzurürn vnnd ſein vnſchuld zuerhalten pleiben laſſen; Wo aber die ſach lauter vnnd der gerugt ſeins verneynens verdechtlich geacht, Auch durch verner des Richters glaubvvirdig erforſchung oder Weyſung, die Rug vvar gefunden, gegen demſelben ſoll der Richter on ſonnderlich rechtuertigung oder fürpot der Wandelgericht, vvie biſshero geſchehen, mit ſtraff handlen vnnd on vveytern auffſchub verfarn.

III.

ad fin. §. VI.

Hainrichen Geuders, Schultheiſen, Leibgeding Uf dem Ambt Neuenhof, Ime von Weyland Burggraf Friderichen verliehen Im 1373 Iar.

Wir Friederich von Gottes gnaden, Burggraff zu Nurmberg, Bekenne vnnd thue kundt offentlich mitt dieſen Brieff, daſs Wir recht v. redlichen mit guter Vorbetrachtung v. rath Vnſers Raths v. Dieners recht u. redlichen verkaufft haben, vnd verkauffen auch mitt Crafft diz Brieffs, vnſerm lieben getreuen Heinrichen Geuder Schultheiſſen zu Nurmberg dem allten, zu rechten Leybgeding Vnſer Ambt vnnd gericht des Neuenhofs, mit allen Nutzen, Zinſten

Digitized by Google

ſten, gülten, Erendienſten, rechten, Gericht mit allen zugehörungen nichts außgenommen, alſs wir vnd Vnſer Vorder die herbracht vnnd Inne gehabt haben, *da er Järlichen hat viertzig pfund heller gultt Landtvvehrung vnnd Sechzehen Sümmer rübes getraidts. v. Acht Sümmer habern, umb vierhundert gulden, der vvir genzlich v. gar gevvehrt v. bezalt ſein. Alſo das er das egenannt* Ambt und Gericht mitt aller Zugehörung *ſoll inne haben ſein Lebetag vnnd das nuzen v. nieſsen, Beſetzen v. entſetzen, vvie In das allernutzeſt v. füegentlichſt iſt, ohne alles Irren v. hindern vnſern vnſer Erben v. Ambtleut, Auch ſöll er nicht mit vnſern höltzern vnnd vväldern nichts geſchicken haben, noch die geuberlichen hingeben noch verkauffen, ohne geuebrde. Auch ſöllen Wir vnnd vnſer Erben In v. die güeter getreulichen ſchutzen v. ſchirmen, In Iren Rechten als ander Vnſer gut v. diener ohngeuebrde, vvürden auch Im der gut halb anſprechen gaiſtlichen oder vvelttlichen, das ſöllen vvir vertretten mitt dem rechten, vnnd In das fertigen vvehren v. vertretten, als offt das noth thut, one geuebrde, Vnnd vvann er todt v. abgangen iſt, So iſt vnns vnſern Erben das ehegenannt Ambt v. Gericht mitt ſeinen Zugehörungen als vorgeſchrieben ſtehet, ledig und los vvorden, ohne geuebrde, Doch ſöllen und mögen vvir v. vnſer Erben ſteuer da nemen, vvann vvir ein gemein Steur von andern vnſern ambtern v. Leuten nemen, Vnſthedlich*

lich Im an ſeinen Zinſten vnnd güllten ohn geuehrde. Deſs haben vvir Im zu Bürgen geſetzt unverſcheidenlichen, vnſer Liebe getrevven, Cunrad von Rinhofen, Hilpold von Merenthal, Ritter, v. Hannſen von Abenberg, Alſo ob das vvere, das Im einerley Bruch oder hindernus geſchehe, an den obgenannten güettern, ſo hat er macht v. gevvalt, ſein Bürgen zu manen, zu laiſten, v. vvann die gemant vverden, von Im oder ſeinem Botten, ſo ſoll Ir ainer die Laiſtung uff den andern nicht verziehen, ſondern ſie ſollen alle zuſtundt einfaren, vnd laiſten Inn offener Wirttheuſer, zu Nürmberg, Inn der Stadt, Ir Jegdlicher mit einem knecht, vndt mit einem Pferdt, vnnd nimmer aus der laiſtung kommen, als lang, bis Im gentzlichen ausgericht vvürdt, darumb er gemant hatt, ohne geuehrde, gieng auch der Pürgen einer ab, oder vom Lande füre, ſo ſollen vvir Ie einen andern guten Bürgen ſetzen an des Abgangenen ſtatt Inn einem Monat darnach, vnnd vvir ermant vverden, In allen Rechten, als vorgeſchrieben ſteen, ohne alles geuehrde,

Des zu vhrkundt geben Wir Im dieſen Brief Beſigelt mitt vnſern v. der vnſern Burgen anhangenden Inſigeln.

Der geben iſt Nach Chriſtus geburt dreitzehen hundert Iar vnnd darnach in dem drïu vnd ſiebentzigſten Iare, an dem Montag nach dem Sontag, als man ſinget Oculi, In der Vaſten.

IIII.

Digitized by Google

IIII.

ad §. XIV.

Fridericus III Imp. confirmat iura quaedam Franciſci Rumelii, in loco Lichtenau.

Wir Friderich von Gottes gnaden Romſch. kunig zu Allen Zeiten merrer des Reichs Hertzog zu Oſterreich zu Steyer zu kerrnden, vnd zu krain Grave zu Tirol etc. Bekennen und thun kunt offenbar mit diſsen Brieff, allen den die In ſehen oder horren leſen, vvann vnſer vnd des Reichs lieber getrevver Frantz Rumel Ritter, hat furbracht, vvie die Schöpffen des Rechten In ſeiner marcke zu Lichtenavv Ir Vrtaile von Altersher zu Nürnberg holen, vnd auch tailen umb freuvl die ſich daſelbs zu Lichtenavv Im Rechten verlauffen, Als umb verzücken, flieſſend Wunden, Wurff, lem, und Beuderling, Alsdann zu Nurmberg der Stat Gevvonhait vnd herkomen iſt, vnd das ſolch fell und Wandel, die von ſolchen ſtraffen gefallen ime on mitel allvveg zu getailt vverden, vnd die alſo In ſtiller gevvere, on aller mannglichs Inſprechen und Irrung beſeſſen Ingehabt vnnd herpracht hab, vnd vns darauf diemütiglich gebeten hat, das vvir als ein Römiſcher konig Im vnd ſeinen Erben vnd nachkommen ſein In gehabte Rechte und herkommen ſolcher Wendel Buſſen,

Digitized by Google

vnd ſtraffen der freuel gnediglich beſtetigen Confirmiren vnd von Neues zu verleyhen geruhen des haben vvir angeſehen ſein diemuthige Bette, Auch die getrevven dinſte die er vns gethan hat, vnd hinfur thun ſoll vnd mag, vnd haben darumb mit Wohlbedachten mute guten Rathe, vnd Rechten Wiſſen demſelben Franz Rumel ſeinen Erben und nachkomen ſolh vorgemelt ſelle vvendeln puſs und ſtraffe freuel zu Lichtenau, vvie dann der Stat zu Nurmberg, gevvohnhait vnd herkomen iſt vnd derſelb Frantz die biſshero Ingenomen hat gnediglich beſtettiget, Confirmirt vnd Im die von Neues verliehen beſtattigen Confirmiren verleyhen Im ſein Erben vnd nachkummen die von Romiſcher koniglicher macht In Crafft dez Briffs und mainen vnd vvollen das Sy die nun furbas hin In zuvorgeſchriebner vveiſſ Innen haben Innemen beſitzen vnd gebrauchen ſollen vnd mogen von Allermennglich vngehindert doch Andern leiten an Iren Rechten vnuergrieffenlich mit Vrkunt ditz Briffs verſigelt mit unſerm kuniglichen Inſigel, Geben zu Wyenn Nach Criſtj geburt 1445. Iar An Pfintztag Nach Sand (Lucas) tag des Heyligen zvvölff potten vnd Evangeliſten Vnſer Reich Im Sechſten Iars.

Ad mandum̃ dni Regis d.
Caſpar.

V.

Digitized by Google

V.

ad §. eumd.

Vnterricht einer Vrtl.

Den Erſamen, Richter und Schöpfen des Gerichts zum Neuenhoff.

Vnnſern grus zuuor Erſamen lieben freundt, Vnns Iſt ain Gerichts hanndel von euch vmb Vnterricht ainer Vrtl zukomen, betreffendt Hannſen Pechpergers glaubiger auch Hannſen Lanngfrizen vom Herolzberg vnnd Hannſen Schön von Eſchenau, den haben vvir mit vleis hören leſen vnd ervvogen, vnd thun euch hierauff zuuernemen. Das darinn rechtlich zu urtailen vnnd zu erkennen ſey, das nach beratſchlagung des hanndels vnd allen der partheien fürpringen bede Hanns Lanngfritz vnd Hanns Schön der glaubiger beger volg zu thun nit ſchuldig, ſonnder daruon geledigt ſein ſöllen mit abtrag der ſcheden vnd den bürgen hierin nit vvol ſtraf aufzulegen ſey. Das vvolten vvir euch auff eur beger guter mainung nit vnuerhalten laſſen. Geben vnnd mit meinem des Statrichters Inſigell beſigelt am Erigtag den 18. *des Monats Octobr. funffzehenhundert vnnd Im Ein vnnd virzigiſten Iar.*

Martin Haller des heiligen Römiſchen Reichs Statrichter auch beyſizer vnd vrtailer des Statgerichts zu Nürmberg.

Digitized by Google

GENEROSISSIMO

AVCT. RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.

Ad metam feliciter perueniſti, HALLERE HVMANITATE POLITISSIME, quam TIBI uirtus et gloria in hoc bonarum artium domicilio propoſuerant. Ne poſteritas id neſciret, publicum erectae indolis monimentum ſtatuendum eſſe duxiſti. Quis TIBI non plaudat? Quis egregios acris induſtriae fructus TIBI non gratuletur? Immenſo iuris oceano TE, me praeeunte, commiſiſti, offendimus ſcopulos, uidimus monſtra, ſyrtes nugarum praeteriuimus, non negleximus argutias; iter tandem, annuente caelo, proſpere confecimus. Si quando otium dabatur, memoriam uetuſtiorum temporum euoluimus, mirati ſumus populorum fata, conuerſiones regnorum, ſpes hominum fallaces, labores Herculeos, ſed inanes. Sic ad id, quod ſumma uotorum noſtrorum eſſe debet, ad diuinam iſtam, quae auro multo carior eſt, tranquillitatem animi conſequendam impellebamur. Sic aliquot annos tranſegimus. Iam diſcedis, SVAVISSIME HALLERE; Visne, id ut doleam? Nunc exteras nationes aditurus in uoluptatibus forſan bacchabere? nunc erronis modo uagabere? nunc, ſi praeclare egeris, palatiorum ſaxa intuebere? Nequaquam. Ad nobiliora natus, ad meliora edoctus es.

I, fau-

I, fauſto pede, curaque perdiligenter, ut ualeas. DEVS IMMORTALIS, CVSTOS HOMINVM, ubiuis terrarum ſit TIBI praeſens, TEque ſaluum ac incolumem ad patriae, mentium ſagaciſſimarum altricis, focos reuerti iubeat. Iam praeſentio laetitiam, qua TVVS olim reditus optimum quemque perfundet. Videre mihi uideor amplos iſtos honores, quos Senatus longe ſplendidiſſimus TIBI decernet. Non ex alitis uolatu, ſed ex certis ſignis auguror, at nolo TE morari. Vnum, quod ſupereſt, amicitiae dabis. Per imagines, per manes auorum TVORVM, togae ſagique laudibus celebratiſſimorum, per pietatem, quam Perilluſtri DOM. PARENTI TVO, Maecenati omnium ueneratione ſuſpiciendo, debes, per TVAM denique ipſius mentis bonitatem ſingularem TE obteſtor atque oro, ut Muſis, earumque cultoribus fauere numquam deſinas; quod ſi feceris, ipſe ego TVA beneuolentia ſemper, ut ſpero, perfruar; TV uero ratione honeſtiſſima nomen TVVM ad aeternitatem propagabis. Vale. Scr. prid. Kal. Mai. cIɔIɔccxxxxv.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM. II

Digitized by Google